Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40034
Copyright: Melk, Benediktinerstift

quicquam ibi aut potus sumere
Sed et cui forte aliquid offertur
a priore et accipere renuerit
hora qua desideraverit hoc quod
prius recusavit aut aliud nichil
omnino accipiat usque ad emen
dacionem congruam. De hiis qui
xliiij excommunicantur quomodo satisfaciant

Qui pro gravi culpa ab oratorio
et mensa excommunicantur
hora qua opus dei in oratorio per
celebratur ante fores oratorii pro
stratus iaceat. nichil dicens
nisi tantum posito in terra capite
stratus pronus omnium de oratorio
exeuncium pedibus et hoc tamdiu
faciat usque dum abbas iudicaverit
satisfactum esse. Qui dum
iussus ab abbate venerit volvat
se ipsius abbatis. Deinde omnium
fratrum vestigiis ut orent pro ipso
et tunc si iusserit abbas recipiatur
in choro vel ordine quo decre
verit. ita sane ut psalmum aut
lectionem vel aliud quid non pre
sumat in oratorio imponere
nisi iubeat iterum abbas et omnibus
horis dum complet opus dei pro
iciat se in terra in loco quo stat
et sic satisfaciat usque dum iubeat
ei abbas ut quiescat ab hac satis
factione. Qui vero pro levibus culpis
excommunicatur tantum a mensa
in oratorio satisfaciant usque ad
iussionem abbatis hoc perficiant
usque dum benedicat et dicat sufficit

xlv De hiis qui fallunt in oratorio

Si quis pronuncians psalmum
responsorium aut antipho
nam vel lectionem fallitur nisi
per satisfactionem ibi coram omnibus
humiliatus fuerit maiori vin
dicte subiaceat. quippe qui
humilitate noluit corrigere quod
negligencia deliquit. Infantes
aut pro tali culpa vapulent. De
hiis qui in aliquibus levibus deliquerunt xlvj

Si quis dum in labore quo
vis in coquina in cellario
in ministeriis in pistrino in
horto in arte aliqua dum labo
rat vel in quocumque loco aliquid
deliquerit aut fregerit quic
quam aut perdiderit seu aliquid
quid excesserit ubi ubi et non
veniens continuo ante abbatem
vel congregationem ipse ultro satis
fecerit et prodiderit delictum suum
dum per alium cognitum fuerit mai
ori subiaceat emendacioni. Si
anime vero peccati causa fue
rit latens tantum abbati vel
spiritualibus senioribus patefaciat
qui sciant curare et sua aliena
vulnera non detegere et publicare

De nunciacione hora operis dei xlvij

Nunciandi hora operis dei
die noctuque sit cura abbatis
aut ipse nunciare aut tali solli
cito fratri iniungat hanc curam
ut omnia horis competentibus
compleantur. Psalmos autem vel
antiphonas post abbatem ordine
suo quibus iussum fuerit impo
nat. Cantare autem aut legere